UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De morte Domiani, & reuocatione Iohannis euangelistae. Cap. XIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

Visual Library

typſim ſcripſit, miſſus prius in feruētis olei doliū, ſed illęſus. Hic familiā Dauid puri iubet, & propinquos Chriſti ſecundū carnē, vt interficiat, ne qs ſupereſſet Iudæorum ex ſemine regali. Quibus oblatis, & de regno Chriſti reſpondentibus, Quia non eſt de hoc mūdo, liberos abire iubet, ſed cōtemnit.

DOMITIANVS REGNAT xv. annis. Cap. XIIII.

ITaq; Domitian⁹ potitur imperio xv. annis, poſtea ex ſenatuſconſulto oēs qui iuſſu eius exulabāt, reuocant, cum quibus & beatus Iohānes rediit.

NERVA VIX PER ANNVM regnat. Cap. XV.

NErua q̄q; anno plus minúsve defuncto, Traianus obtinet imperium, cuius primo principatus anno Abilius Alexandrinus poſt xiij. epiſcopatus annos diem obijt, Cerdone ſuccedente tertio in ſacerdotium. Clemens tunc temporis poſt Petrum adhuc Romæ pontificatū tenebat: ſed apud Antiochiam poſt Petrum Euodius fuerat, & ſecundus Ignatius. Hieroſolymis poſt Iacobum fratrē domini adhuc præerat Simon domini cōſobrinus. Ireneus: Interea adhuc ſuperſtes beatus Iohannes euā geliſta præeſt eccleſijs Aſiæ, reſidens apud Epheſum, & permanet viuens vſq; ad tempora Traiani, ædificans ibi eccleſias quas Paulus primo ibi fundauerat. Hic Papiam & Polycarpum auditores & condiſcipulos habet: qui etiam libros faciens & epiſtolas, inſtituit erudiuitq; plurimos. Qui bene in vltimis vitæ tēporibus ſcribit euangelium, compulſus ab Aſiæ epi-